



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

14. A Christi in Cruce pendentis cogitatione iugiter pendet.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

IV.

AMATOR CRVCEFIXI

*à Christi in Cruce pendentis cogitatione
ingit pendet.*

14.
*Praxis v-
alissima.*

ID quanti sit meriti, honoris, & gloriæ
apud DEVM, & quantoperè CRVCE-
FIXO placeat, ac quomodo præferendū
sit multis austeritatis operibus, doce-
mur exemplo B. STEPHANI PRESBYTE-
RI, cuius est celebris mentio apud Io-
annem Moschum in Prato spirituali, v-
bi id, quod sequitur, leges.

B. STE-
PHANVS.
Presbyter.

Abbas Ioannes cognomento Mol-
bas narrauit nobis de venerando sene,
B. Stephano Presbytero, quod cū
aliquando iecur illius grauitè infirma-
setur, ex quā infirmitate Sancta illa A-
nima migravit è corpore, coëgerunt il-
lum Medici carnem manducare. Erat
autē illi frater secularis quidam, sed val-
dè religiosè, & secundum DEVM viuēs.
Factum est autem cū carnes comede-
ret Presbyter, superuenit frater eius se-
cularis, vidensque illum vescentem car-
nibus scandalizatus est, & valdè contri-
stus, quòd ex tanta abstinentia, atque
continentia, in extremo vitæ suæ tēpore
ad comedendū carnes deuolutus esset.

Mox

Mox ergo in ecstasi factus, vidit quēdam dicentem sibi: quare sic de Presbytero scandalizatus es, quia illum carnis vinci-
bus vinci vidisti? nescis, quia necessitate compulsus, & propter obediētiam hoc fecit? Nempe, propterea scandalizari non debuisti, si enim merita & gloriā fratris tui videre cupis, retrò te cōuerte & vide. Cōuersus vidit fratrem CRUCIFIXVM cum Domino CHRISTO, aitque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in quā gloria frater tuus est. Fuisse CRUCIFIXVM cum Christo fixū Stephanum vita eius satis indicauit, cū à CHRISTI in CRUCE pendentis cogitatione, vt vetus CRUCIFIXI Amator semper penderet. Ego, in-
Instructio pro parientibus scandalizatum.
S. Stephanus crucifixus.
Cogitatione, Meditatione, Contemplatione.

Ioann. Moschus in Prato spiritualica. 45.

V.

AMATOR CRUCIFIXI

consideratione Passionis Dominica, pauperum, quibus benè facit, ingrati tudinem patitur haud grauatè.

Hoc remedium suggestit Zosimas, nominatus in Vita Patrum, cuius
 B 5 hxc

15.